



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

32. An jurisdictio ordinaria generaliter delegari valeat? quo jure delegatus à Principe, non autem ab inferiore jurisdictionem suam delegare potest?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

præsumitur, magis ad hoc munus v. g. ab-
solutionem à percussione Clerici, idonea
reputatur.

32. Qui potestate ordinaria ratione
muneris sui præditus est, potest eam eti-
am generaliter delegare *Sanch. lib. 2. disp.*
40. n. 13. & 17. v. g. Episcopus committe-
re Vicario suo vel alteri personæ idoneæ,
ut absolvat & dispenset super casibus Pa-
palibus occultis. *Trid: sess. 24. de refor. cap. 1.*
Item super casibus, qui ob impedimen-
tum adeundi Pontificem Episcopales fi-
unt: cuiusmodi etiam est occultum impe-
dimentum dirimens matrimonii, bonæ
fide (saltem alterius conjugis) contracti
Sanch. cit. n. 17. Ratio conclusionis nostræ: quia
cum iurisdictio universalis in Ordinariis
non sit extrinseca, sed intrinseca, jure quæ-
Magistratus debita, non videtur cur in al-
lium transfundi non valeat.

33. Ut proinde difficultas maxima, quæ
in hac materia ventilari solet, procedat
quoad Iudicem delegatum; cui ut satis
faciam quæstioni; *Censeo I.* Certum est
delegatum supremi Principis regulariter
subdelegare posse, ut constat ex *cap: fin. de*
offi: delegati.